



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Historiarvm Indicarvm Liber Nonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

ma, in classem acceptus. Accessit ab Aethiopico, seu Abassino Rege legatus ad Lusitanum Regem nomine Zagazabus: itemque cum donis ac litteris ad Romanum Pontificem Franciscus Aluarus, cuius supra meminimus, Rhoterici comes. Is in Lusitania reuectus, Italiam deinde petijt, ac Bononia, in celeberrimo conuentu, cum Casar coronatus adesset; Clementi VII. vti Ecclesiae vniuersae Pastori, & summo in terris Dei Vicario, paratam ad omne obsequium voluntatem Abassini Regis ac studium, solenni cum adoratione, & pedum osculo detulit.

HISTORIARVM

INDICARVM

LIBER NONVS.



ENRICO Menesio vita functo, à primoribus Lusitanis ventum in curiam est: ibi apertus alter codicillus, inscriptum ostendit nomen Petri Mascarenia, qui Malacæ vrbis tum præerat, vir bello fortis, & natura munificus, atque ob id ipsum apud omnes ordines gratiosus. Verùm illud erat in ea successione incommodi; quod, nisi vertente anno, Mascarenias à Malacæ, propter tempestatam rationem, adesse non poterat: cum interea simul à Calecutano, & Cambaiano Regibus, & quod magis erat formidandum, ab ipso Turca bellum immineret: minimeque expediret, eiusmodi rerum statu, parente ac præfide tandiu carere prouinciam. Ob eam maxime causam, Alphonsus Mexias regius Quæstor,

Bb

cuius

cuius tum erat summa in Senatu auctoritas
bat, nulla mora interposita, tertium deinceps
dicillum aperiendum: neq; expectandum
longinqua regione Mascareniam: quem, quia
or esset ciuis, & Regis rei que publicæ
eò equiore animo ferre oporteret, in tanto
discrimine, saluti communi potius, quam
ipsius honori consultū. Aduersus hæc, am
carenia tendere; tā insignem iniuriam
ac postremò denuntiare, haud leuiori qua
in præsentia proponatur malo, geminam
nem intestinis odijs ac certaminibus mac
tique præbituram, nec verò dubitandum,
sa dulcedo imperij, & ratio dignitatis,
Prætoribus alterum ad retinendam; alter
petendam omni conatu prouinciam, poss
esset incitatura. Cū hisce alijsq; difficultat
inueniretur exitus, multis altercationibus
tata, eò denique deducta res est; vt ter
dicillum inspicerent, prouinciam que ne
sori mandarent ea lege, vt ipsam, quisq;
set, aduenienti Mascarenia confestim res
se iureiurando promitteret. In hanc
conuenere omnes: & resignato palam
Lupi Valsai à Sancto Pelagio (contracta
voce Sampaum appellabant) nomē app
per id tempus Cocini præfecturam ger
solenni adiuratione pollicitus, sese Ma
vt primū adesset, honore cessurum
interim inijt: cognito que prouincie
atque alios duces, ad obtinenda præf
destinauit. ipse cum nauibus aliquot;
erant Lusitani circiter mille; Malabar
sibi tuendam desumpit, Profectus Cocin

initium Februarij mensis anni millesimi quingēte
simi vigesimi sexti, Cananorē petijt. ibi, dum com
meatus in classē imponit, subitō certior fit, Ma
hometanos è Calecutano emporio ad duodecim
hominum millia, intra Bacanoris fluminis o
stium cum nauibus onustis latere, paratos ad exi
tum, quæ prima se se occasio nauigandi obtulif
set. Ea re cognita, non dubitauit Prætor, quomi
nus in angustijs deprehensos quamprimum inua
deret. Ergo sublatis anchoris eò contēdit infestus.
Res erat difficultatis ac periculi plena, non modò
in tam dispari numero copiarum; sed etiam quod
contra omnem eiusmodi casum egregiè se se Ma
hometani munierant. Fluminis alueum de more
fixis vtrinque sudibus atque cancellis in arcū ita
coegerant; vt singulis tantū nauigijs aditus pa
teret. cæcos præterea sub aquam, veluti laqueos, i
doneis abdiderant locis; in quos illata ex alto na
uigia sese induerent. & munitionibus in vtraq; ri
pa excitatis, crebra tormenta locauerant. Ad hæc,
ex oppido fluminis cognomine, qui locus erat Nar
singanæ ditiois, omnia illis ad victum necessaria
suppetebant. Hæc, Prætor, cum partim ab explo
ratoribus accepisset, partim speculatorijs nauigijs
obeundo per se nocte sublustri notasset; submissis
primū vrinatoribus, laqueos funelq; prætentos
ab imo præcidi iussit: dein, sublato ingenti clamo
re, concinentibus vndique tubis, aduerso flumi
ne subijt: præibant obteçta centonibus & maiori
bus tormentis instructæ aliquot scaphæ; tū cætera
nauigia simplici propter angustias ordine seque
bantur. In ea conspecta, illicò barbari vim omnis
generis telorum emisere: quibus propter assuetu
dinem haudquaquã exterriti Lusitani, cōtento re
migio

miglio ad ipsa munimenta succedunt. Ibi atque
ambiguum aliquandiu certamen fuit, dum cor-
ti & obnixa corporibus Mahometani hostem
censu prohibere nituntur. Sed postquam in-
ex omni parte capto sese Lusitanus in medi-
ciem saltu mittebat, & dextris gladijsque res-
cepta est; tunc verò iniecta formidine pulsi
barbari, & magna cum cæde præcipitem in-
auersi. ac Prætor veritus, ne ab ira & cupiditate
miles oppidum diriperet; & Narsinganum Re-
cuius tum in ditione Lusitani complures neg-
bantur, alieno tempore prouocaret; vallo por-
receptui cani iussit, suosque à præda, & ab in-
do ultra hoste cohibuit. Apotheca & diuer-
erat Mahometanorum in ipso portu, frugibus
merce pretiosa refertum. Eam apothecam, præ-
& hostiles vnà lembos incendi iussit, octoginta
rè tormentis, quorum erant ænea pleraque,
cendio ad classem abreptis. Neque, in magno
stium strage, Lusitani desiderati plus quattuor-
tristior, acerbiorque Calecutanæ ciuitatis
ipsi præsertim Zamorino cladis nuntius acci-
vt, non retentæ quacunq; conditione cum
tano pacis & amicitia, magis in dies hominum
niteret. Ab ea victoria Prætor ad excidium De-
perrexit: quæ in portum Mecanis negotiatio
receptum dari contra fœdus cum Idalcane
& præterea, armatas inde triremes ad oram
standam egredi pro certo compererat. Appro-
quanti, nouus præses loci, quem Indi Tanarum
appellant, vnico nauigio prodijt obuiam supplicat
& culpas omnes in eum cui successerat, trans-
do; seq; affirmando, vti oporteret, in fide ostendit
mansurum; haud magno negotio Lusitani præ-
ris
bu
tur
ex
se
ne
dia
ac
bus
cill
era
tere
fec
mir
das
qua
dip
feri
Præ
nem
fece
acce
nem
sup
ctio
care
clar
indu
Cum
caus
de a
Dei
& co
pelli

ris mitigauit animum: & renouata pax, ita, si Dabulanæ biremes cum tormentis à præside traderentur. Eductæ extemplò omnes, ac traditæ. Et Prætor ex animi sententia gestis rebus, Goam victrici clas se contendit. Inter hæc, Ioannes Rex, Henrici Menesij morte nondum audita, quatuor miserat in Indiam naues, & cum ijs noua successorum nomina, ac separatim ad Mexiam Quæstorem litteras, quibus erat in extremis, vt superioris temporis codicillos irritos duceret, & clausos obsignatosque, vt erant, in reditu ad se perferret; recentibus hisce vteretur, si fortè Menesum è vita discedere contigisset. Eam clausulam Mexias, quod Mascareniam sibi minus propitium fore suspicaretur, ad res nouandas arripuit. E regijs litteris ad concilium refert, quandoquidem vetera inania fecerit Rex; de nouis diplomatibus aperiendis: quemcunque illa iusserint, hunc denique iustum ac legitimum Indiæ Prætorem fore. Hæc, præter omnium expectationem, à Quæstore dicta, magnos animorum motus fecerunt: ac fermè aduersis auribus (vti par erat) accepta relatio. Inter ceteros, Vascus Deza, Cocinensi arci præpositus, apertè differuit, non modò superuacaneam, sed etiam perniciosam eam inspectionem futuram. Nuper declarato Prætore Mascarenia, per causam absentia, dignitatè optimi & clarissimi viri haud obscurè impugnatam; superinducto contra omne ius fasque nouo successore. Cum inde certamen ac periculum ingens non sine causa timeretur, iureiurando ac promisso reddenda aduenienti à Malaca prouincia, id periculum Dei benignitate discussum. Quid opus esse, certis & constitutis iam rebus denuò solui codicillos? & pessimo publico labefactari concordia & pacem;

Bb 3 cùm

cum tantum belli pene in manibus sit, cum tot
di que terrores immineant? Nam quod huic
ni regia preterantur mandata; profecto si in
regionum distantia, cum Ioannis ipsius con
di facultas desit; ad interpretationem regia
tatis atque iudicij referenda sint omnia; null
bium esse debere, quin Mascarenia delatum
ribus codicillis honorem, non quietis motu
etiam hominis causa, ratum, inuiolatum, ac
prium esse Rex iubeat. Id, vel ex eo aperte
gi, quod veteres codicillos ad se clausos an
signatos referri mandauerit, quos ille si vel
tos irritos omnino esse voluisset; id ipsum
disertis verbis adscripturum fuisse. Proin
per sedendum hoc successionis male auspicio
riculo; noua Regis expectanda responsa
terim coniunctionem animorum atque coler
quo vno maxime inter hostilia circa omnia
na stent res, omni studio & cura fouendum
iori & meliori parti eorum qui aderat, ad
grata fuit oratio Deze: quin immo ex oracu
la videri quodammodo potuit. Siquidem
ante, Ioannes Rex a nauarchis, qui ex India
so anno redierant, audita morte Menesij, &
renia successione; veritus, e missis ad Mex
dicebamus litteris, ne quid controuersia
isteret; Petrum Annum Gallum cum nauis
pedito submiserat ad ea reuocanda. mand
Mascarenia nominationem sua auctoritate
mandam. Sed Annius, nondum tempestiuo
gandum mari profectus, superato iam Bon
promontorio, circa Sancti Laurentij insula
fragio periit. (Inde, non ad liquidum ex
ta Regis voluntate; cum plerique ex a quo

ageidum, & cauedas omnes discordiæ causas prudenter monerent; Mexias tamen, paucis assentientibus, omne id periculum in se recipiendo, præmèdoque verbis ijs quæ retulimus ex epistola Regis; pernicacia & obstinatione tenuit, vt nouissimi codicilli consulerentur. ij primo loco Prætorem declarabant Lupum Vasaum ipsum, qui secundum in priore nominatione tenuerat. itaq; elatus hoc de se iudicio Regis; pro fiduciaria legitimam ac propriam sibi vindicare Præturam; & ad arcendum honoris aditu Mascareniam, si promissa repetere instaret; omnia præmoliri constituit. Ea re multorum animi grauitèr offensi: nonnulli etiam Vasæi imperium detrectare palam ausi. Interea de interregno, & Mascarenia successione, deque vicario Vasæi munere, Malacam litteræ nuntijque peruenierant. Et satis comperta re, vtriusque Indiæ Prætorem Mascareniam ritè consalutauerant socij colonique. Proinde, ne quid se absente respública incommodi acciperet; maturandû ratus Mascarenias, Malacæ Georgium Capralium præfecit: ipse, non expectata motione quam vocant; reclamantibus naucleris citeriorem Indiam petere intendit. neque impunè cessit illi temeritas. ad Pulo puarem insulam tenuit primùm. ibi dum stat in anchoris; subita procellæ vi, malo diffracta, lacerisque armamentis, pæne submersus, Malacam retrò vnde abierat, redire coactus est. Natus ad res gerendas, & gloriæ in primis appetens erat Mascarenias. Ergo, dum anniuerfarius recurrat Eurus; ne frustra interim tēpus absumeret, quod parum feliciter Georgius Albuquerque ante tentarat, hærentem lateri tyrannum Alodinum oppugnare, & receptaculū piratarū insulā oppidumq; Bintanum,

omnibus modis parat excindere. Fortè tum
 lacę subfiterant præfecti aliquot Lusitani, Bor
 um insulam alij; alij Molucas, alij Somatran
 fam Regis iussu petentes. Hisce non appro
 bus modò expeditionem, sed etiam operã suam
 id ipsum enixè offerentibus, Mascarenias vana
 mã naues ynde viginti contraxit: & Lusitanis
 centis, Malacensibus fermè sexcentis imposita.
 Bintanum vela fieri iussit. Alodinus ad eius
 sis famam, pontem vrbemque nouo præsidio
 nitionibus auxerat, venenatis tribulis circum
 que dispersis; plurimisque tormentis ad idota
 ca dispositis, præterea, quã acerrimè defixis in
 longurijs, tignisque in lapides molares impo
 vt pondere ipso detinerentur, obstruxerat. per
 & super hæc, opem à propinquo regulo Panen
 tierat. Lusitana classis, ob naturam vadosi maris
 frequentes insulas, cum tardè admodum nauig
 set; ante ipsam Bintanum denique in anchora
 stitit. Inde præmissus ad omnia contemplan
 speculatorio nauigio Eduardus Coelius, re
 fauces portus, nisi euulsis cæcellis, omninò esse
 penetrabiles. porrò descãsum ad vrbem pla
 titabilem fore: ad eò locum & præaltis munim
 bus, & crebris tormentis, & omni apparatu bel
 lutum videri. Hisce rebus permotus Mascaren
 as, vallum omittit; pontem ipsum (vti Albr
 cius olim in expugnatione Malacæ) ad motu
 fiore nauis, & repagulis per vim extractis, au
 riri decreuit. Ad eam rem, eximia fortitudi
 nauarchus deligitur, Franciscus Serranus Ebor
 sis; Lusitani propugnatores cum magno tormen
 rû numero additi quinquaginta: & nauis, parua
 validis asseribus pluteisq; partim etiam culcitra

& gossipio, quæque alia sunt missilibus eludendis, egregie tecta. Hisce maderum, ut ostio repurgato, & faucibus utcumque patefactis, pontem inuaderent: laborantibus in tempore subsidium affuturum. Tum, ad breuia vitanda, catures duo, biremiũ inflar, prætentatis canalibus, nauem remulco trahere iussi. Primus labor aperiendi aditus fuit, adacta ad imum tigna, immisis ductarijs funibus, ergata conuellerent nitentur, eo quidem impetu, ut nonnulli præ nimia contentione sanguinem euomerent: atque ut initia sese dabant; multorum dierum id opus proculdubio fore apparebat. Dum huic vni rei, in orbem succedentes alij alijs, dies noctesque dant operam; noua repente ab alto conspicitur classis. tres & triginta erant lanciaræ à Panensi regulo missæ: quibus, præter varios comæatus, duo circiter hominum millia vehebantur. Ea re animaduersa Mascarenias, ne si propius accessissent, elatus recenti subsidio Bintanius confestim erumperet, ancipitiq̃ue prælio Lusitani postmodum vrgerentur; anteuertere, & cum parte copiarum ipsemet quàm longissimè obuiam ire Panensi decreuerat: sed præfectorum dein precibus victus, ne se temerè in discrimen objiceret; Eduardo Coëlio cum lanciaris quatuor, calaluzijs quinque; (eiusdem ferè magnitudinis vtraque actuaria sunt) id negotij dat. ipse ad exitum portus tuendum cum cætera classe subsistit. Barbari, quamquam multitudine superiores; tamen, & oneribus impediti, & à tormentis imparati aduentabant; seminudo corpore, sagittis maximè freti. Ergo, uti propius ventum est; primum bombardæ fragorem, & radiantia fulgetra non tulere. Perterriti, aliquot suorum amissis, turpè in fugam extemplè auertuntur; & hæ-

Bb 5

renti-

rentibus tergo Lusitanis, Lanciarae viginti tres
proximam insulam directis proris, in littus
eta: & certatim exsiliantes barbari; nullo nisi
respectu, omnibus ferme relictis rebus, hanc illam
que dispersi, reliqui, cum insulam tenere neque-
rent, contento cursu praelati, nocte iam immen-
te, per tenebras euaserunt. Coelius, haud
sine vilo suorum sanguine parta victoria, in-
etas ab hoste Lanciarae cum ipsis oneribus ad
careniam cum ingenti gratulatione perduxit.
ter haec, quod ad transitum satis esset ostio
facto, Serranus, attracta remulco naui, ad
tem valli processerat. hic vero longe acrius
dandum Lusitanis fuit: dum ingruentem ab
missilium vim excipiunt: atque alij recentia for-
na raptim obturant, alij conceptas exhauriunt
quas, alij pauentem ad praeteruolantium glan-
rum sibilos, abdentemque se remigem, adhortantur.
Magnus in primis usus centonum & gossipij
nec dubium, quin alioqui nauem, quamuis
compagibus tabulatisque munitam, creberri-
larum grando pessumdata fuerit. E tantop-
culo elapsi diuinitus, quinto decimo inste-
ris die ad pontem appropinquant: iactis que
neo loco anchoris, in modum propugnaculi
ex omni parte stabiliunt. Tum vero indigna
atque ira percitus Alodinus furere, & suos in-
re, quod in omnium conspectu claustris efractis
stem ad interiora penetrare sint passi. Confes-
gentis consuetudine submissi, qui nando clau-
ras praeciderent, ut ipso fluminis impetu nauem
vada ferretur. Sed Lusitani, fraudem, iniectione
choras ferreis catenis eluserant. Ea quoque spe de-
tutus Alodinus, euocatum est statione Laqueum

præfectū, lanciaras vndecim raptim deducere, & cū quingentis armatis interclusam à cætera classe nauem inuadere iubet. Simul, ne quid interim Serrano auxiliij superueniat; custodibus edicit, quàm intentissimas pro vallo excubias agant; & vbi postulet res, tormenta sine vlla intermissione in prætereuntes exerceant. Vti imperauerat, factū. Laqueiximena lanciaris momēto deductis instructisque, nauem petit infestus: ac nequicquam ere conante Lusitano, circumuentam barbari à prora maxime ascendunt: cumq; abundante multitudine integri succederēt fessis; & paucitate, & labore, & vulneribus fatigatos Lusitanos, capta iā prora, ad malum vsq; summouerant. Ibi Serranus grauiter faucius, egregiè dimicans cadit; & pro mortuo habitus, collectis dein vtcunq; viribus, acrior in pugna resurgit. Verū libero introitu, irruentibus alijs super alios Mahometanis; nulla ope obsisti iā poterat. Cū in eo statu res esset; conspicatus Mascarenias è prætoria discursum hostium, & circumfulas naui lanciaras; atq; ex ipso numero & vociferatione, haud absurdè coniectans, præsidium in extremo versari discrimine; cōfestim Eduardo Coelio, & strenuis aliquot assumptis, in balancū, quod leuioris nauigij genus est, ad fallēda missilia, desilit; ac nulla deterritus vi, pertinaci remorū pulsu, præter ipsas munitiones, nequicquam eiaculantibus barbaris, ad locū cettaminis appropinquat: disiectisq; signifera bolide lanciaris, qua proximum est; conscendit nauem; atque vt prope serum auxilium suis iam iamque captis, ita vniuersum gaudium & requiem attulit. neq; ascendentem (adēd certamine occupati erant introrsus dimicantium animi) sensit quisquam. recētes dein, respirātibus ceteris,

pug-

pugnam capeffunt: neque ea diuturna, vel at-
 qua fuit. Exterriti nec opinato aduentu hoftes
 sere primùm; dein, cùm dolor cadentis ad irritum
 rei, ad rabiem atque ad iterandum certamen
 cenderet; cæsi ad vnum quotquot nauem intrin-
 rant; & è Lusitanis (quod pæne fidè excedat) in
 to fauciorum numero, ne vnus quidem am-
 Mascarenias, per summam fortitudinem præse-
 seruato; magnam sibi ad omnes laudem & gloria
 peperit. dein festinandum ratus, ne denuo barbari
 nauem adorirentur; vel rates, vt solent, secun-
 dum flumine ac vento cum ignibus ad incendium
 mitterent: adiuuandi ratione vires, & rei sine
 ra perficiendæ, tale consilium expedit. Dux, pro-
 ter amnem, ferebant ad pontem viæ: alteram, quæ
 vrbs condita est; munimentis & custo dijs
 nebat hostis: altera, propter vligines & palu-
 inaccessa & clausa putabatur. hoc ipso itinere
 minus erat suspectum, Mascarenias noctu pontem
 aggredi statuit. atq; vt ab eius rei sensu quam
 ximè Mahometanos auerteret; quasi à vallo vrbs
 inuasurus; ab ea parte pluteos erigi, vineas ag-
 tormenta aliqua collocari iubet: inque hac
 ne primis tenebris Sanaiam præfectum Malan-
 sium, cum quadraginta Lusitanis, & cum auxili-
 bus collocat. ijs mandat, vt cùm primùm à por-
 micantes viderint flammæ; cõfestim clamore
 lato, continentibus tubis, tormenta displodant
 quam tumultuosissimè ex eo loco oppugnationem
 ostendent; hosteq; inde omni ratione diffin-
 ipse cū cæteris Lusitanis, obseruato maris recessu
 primæ vigiliæ silentio, tria millia passuum à por-
 te, diuersum in littus egreditur. inde per tenacem
 limum atque voragines ingenti labore eluctat

cùm alibi vmbilico, alibi humeris tâtùm exstarét; integras tamen ac recentes haud sine miraculo vires ad pontem attulère. Quarta fermè erat vigilia, quæ gratissimè quietis hora est: & peruigil in nauì Serranus, ad incendium ollas è composito paratas habebat. ijs Mascarenia iussu in castella coniectis, simul ex arida materia splendor eluxis, & in id ipsum intentus è condicto Sanaia, clamorem tolli, canere tubas, & cum horrendo fragore, globorum vimin munitiones emitti iubet. Dũ simulato prælio Malacêses Laqueximenam egregiè cohibent, & in eum vnum locum ex omni vrbis parte concursus fit; interea Mascarenias cum suis, castelli portas & claustra petfregerat. Inde prælio in urbem illato, cùm cades multis iam locis fieret; trepidi ad Regem conuolant ciues: hostem intra moenia grassari cum fletu renuntiant. ille, inania videlicet ex inconsulto metus ratus afferri; pauidos ac tumultuantes cum iurgijs increpat. Neque fuit fides, donec ipsa lux vniuersam aperuit cladem. Tum verò Alodinus, conscenso properè elephanto, fugam arripuit; & mox insequentem à tergo hostem extimescens (namque Lusitani, omiffa in præsens præda, vnum tyrannum petebant) ad pedes, ne dignosceretur, degressus, densas primùm petijt sylvas: dein, parum tutam ratus insulam, occultis itineribus ad mare se contulit, atque ad Vgentanam continentis oræ transmiffit, ibi, diuturna ægritudine & morbo, vti Mamudius olim pater, ab sumptus est. Lusitani interea, dimiffis per omnes insulæ partes, qui tyranno indagâdo, & comitibus ipsius excipiendis insisterent; Bintanum oppidum, cæso aut dilapso præsidio, diripuerant iure belli; neque contemnendam, cùm è reliquis tectis, tum verò è regijs

regijs ædibus prædam exhauferant. tormenta
per, & quidem ænea pleraque, reuecta omnino
centa, quorum non pauca Lusitanis Alodinus
merat. Propugnaculis dein ac munitionibus
iniecti, triduoque omnia prorsus absumpta
hæc, pulsus quondam ab Alodino dynasta Ma
reniam victorem adiit supplex: ac tyrann
stus iniurias; non modò pacem impetrauit
etiam in solium restitutus est legibus ijs, quæ
anni Regi annum persolueret vectigal; quæ
que aut propugnacula, non nisi ex auctoritate
Lusitani Prætoris exstrueret. Per eosdem fere
haud contemnendæ rei spes, cæterum in
cessu, Lusitanis affulsit. Sunda est oppidum
uæ maioris, ad Borealem plagam, Soma
littoribus obiacens. id oppidum, præter
mas opportunitates, agro est etiam cum
rum frugum feraci, tum verò egregij pipere
tum oppido Mahometanus dynasta imper
is, finitimo bello cum valde premeretur; cum
inops ad potentiores confugere, orator
pis implorandæ ad Mascareniam destinari
simul idoneum Lusitanis apud se locum &
cendo mercimonio, & arcis ædificandæ præ
ferat. Mascarenias, legatis comiter accipere
confirmatis, peractò demum Bintanensi bello
ciscum Salam cum aliquot nauibus, & præ
liam turbam, Lusitanis trecentis misit, num
tum perditis iam rebus auxilium. quippe
interea Sundam expugnarant, locumque
bus nouis, & valida militum custodia sepe
At Lusitanos à Bintano profectos, in com
præ Sundæ atrox tempestas oborta dis
Lembo etiam vno ad terram alliso, circum

ti à barbaris & cæsi triginta, nequicquam in-
spectante ac miserante procul Eduardo Coelio
trierarcho. inde, hostilia esse omnia patuit. Et Sa-
la, collectis in alto nauibus, cum ad Sundanum lit-
tus tandem appulisset, vi armisq; descensione pro-
hibitus, Malacam re infecta redire coactus est. Cæ-
terum capti Bintani fama, in primis læta cum vni-
uerso nomini Lusitano ac socijs accidit; tū ijs præ-
fertim, qui Malacensem oram incolebant. magno
quippe eorum detrimento, Bintani prædones,
non mare solùm infestum, sed omnes circa agros
iam diu fecerāt. Et Mascarenias, insignis gloria mi-
litari, Malacam reuectus, maturo iam ad eam nauī
gationem Oceano, citeriorem Indiam petere in-
tendit; ignarus quid, post priorem successiōem,
è regijs litteris accidisset; ac minimè dubius, quin
aduenienti sibi, Valæus, vti receperat, illic pro-
uinciam traditurus esset. Ergo, Malacensi re consti-
tuta, & iuncto vel renouato cum vicinis Regibus
fœdere, Mascarenias à Chersoneso cum aliquot
rostratis maioribus profectus, præter Gangeti-
cum sinum, Cori promontorium superat; flexo-
que in Septentriones cursu, Colanum applicat
primùm. ibi à Lusitanis negotiatoribus Prætor ho-
nificè salutatus, acta Mexiæ, & occupatam à Va-
sæo prouinciam graui cum dolore cognoscit. Ne-
que tamen iccirco despondet animū. Experiundi
causa Cocinū prouectus, qua tum in vrbe Mexias
agebat, cum egressum è nauī, & introitum in vrbe
peruicacius tentasset; concitante populum Me-
xias; vi & armis ad naues, haud sine damno vulneri-
busque, repellitur. Perculit grauius ea res inso-
lentem iniuriæ virū. nec deerant suasores, qui ad
contrahendas vndiq; copias, & vlciscendam iniu-
riam

riam accendere niterentur. At ille, de commo-
 lute sollicitus, ac memor moderationis eiusdem
 Alphonsus Albuquerque in re simili præfatus
 iracundiæ temperare, & iure potius quam
 cum inimicis disceptare constituit. Ac primo
 poscenti Regis nomine classem cum nauali
 mento Mexiæ tradit: vno dromone contentum
 de ad Cananoris arcem delatus, cum à Simon
 neso præfecto non nisi priuatus admitteretur
 ni non modò vi, sed etiam minis ac verborum
 atrocitate sapienter abstinuit: ipso quin etiam
 mone socijs que relictis, cum cature vnico,
 duobus, totidem pueris, Goam ad Vasæi col-
 um rectà contendit. Vix dum eò perlatum era-
 uetare Mascareniam, cum ab amicis & nec
 ipsius, magna & inter ipsos & cum alijs gratia
 facta: facileque apparebat, simulatque præ-
 Mascarenia copia foret, consensu maxime
 partis, coactum iri Vasæum vel magistratum
 dicare, vel certe rem totam bonorum cogit
 arbitrioque permittere. Id ipsum veritus
 Antonium Sylueriam, & Simonem Mellan-
 pinquos suos, cum magno numero nauium
 stodiendas fauces Goani portus celeriter
 iubetque, appropinquanti Mascarenia dete-
 re, in Cananoris arcem extemplò se se recepisse
 que se ad Vasæi nutum in libera custodia foret
 iureiurando promittat: atque inde Goam
 stulata litteris consignata transmittat: id si
 tate abnuat facere; constrictum vinclis Can-
 asportent. Nil recusatum à Vasæi cognatis,
 de ac si hosti occurrendum foret, ita quam
 mis coactis copijs, maritimos aditus occupat
 bi Mascareniam adesse nuntiatum à speculato-

bus est: præmissi confestim qui missilibus vela submittere cogent: dein Vasaï exposita mandata cū minis. Et Mascarenias quidem, quominus antennis honoris causa demitteret, nō recusauit: vt verò Cananorem se rediturum, atque ibi in custodia sponderet futurum, adduci non potuit. Vnum illud enixè petebat, vt inermi sibi urbem intrare, & cum Vasaō coram disceptare permitterent. Hæc identidem exostulanti, Regisq̃ imploranti fidem clarissimo viro, per summam indignitatem iniecti compedes: atque ad Cananoris arcem asportatus, Simoni Menesio præfecto adseruandus cum iureiurando committitur. duo item comites Mascarenia, ab eius complexu Goam abstracti, & pariter in vincla catenasq̃ coniecti. Hisce actionibus, quod magnā partē ciuitatis admodum offenderent; Vasaus publicæ salutis & otij causam prætexebat; videlicet, ne per Mascarenia introitum, ab rerum nouarum cupidis & factionis hominibus, tam alieno tempore tumultus excitaretur. Sed frequentes hominū catus & voces cohiberi nequibant commemorantium, Mascarenia cū egregia merita virtutesq̃; tum verò caute bonitatem, qua fretus nihil nisi ius posceret: cū Vasaus interea, nimirum ex conscientia sibi diffidens, grassaretur armis, omniq̃ ope iudiciū subterfugeret. Eiusmodi sermonibus (neque enim erant obicuri) permotus Vasaus, insignes aliquot Mascarenia fautoribus in carcerem trudit. Nihil tam aut infirmum, aut fallax, quàm humana consilia. Quod vnicum remedium opprimendæ seditioni putarat fore, hoc ipso vel maximum excitauit incendium. Namque vt eius rei fama peruenit Indiam (adeo lenibus medicamētis gaudent

Cc

homi-

homines; tristitia, & acrimonia, & aspera detestantur
 templo alienati à Vasaio multorum animi
 carenas occasione capta, per litteras & com-
 plorando calamitatem suam, memorando
 tem postulatorum, querendo iniuriam, &
 scruentiam inimici; non Simonem modo
 sed alios quoque complures in causam tra-
 paucis diebus, non sine extremo discrimi-
 rum, duas in partes Lusitanum nomen
 cesserat; vltimamque dimicationem deli-
 cul adeste apparebat. Hic è spectatoribus
 cijque, miserari gentis vicem, quod in tate,
 tate, quas vires ad imperium vel tuendum
 ferendum cõferre oporteret; eas per in-
 sidia in suam ipsi cladem perniciem que-
 rent. iniqui verò atque inuidi, ridere
 quod remotissimis in regionibus, cum
 que pericula circumstarèt, ad eò certamen
 imbibissent animis; vt neque patrij soli
 one (quæ populares homines peregrè
 fos, admirabili quadam suauitate com-
 communi metu, quod firmissimum
 culum est, ab lerali periuicacia flecti ad
 & concordiam vlllo modo possent. Hò
 tam præclaræ occasione delendi funditus
 sanguinis, haudquaquam indormiebant
 lios Calecuranus, tum veteribus odijs,
 ti incitatus damno; nouam classem habere
 tam, vt vbi sese vnus corporis duæ acies
 lo attriuissent; ad reliquias ipse confu-
 curreret. Neque fefellissent hominem
 nisi propitiatus piorum prece Deus, Vasa-
 tem ad saniora consilia reuocasset. Quippe
 to præter ceteros, Simoné quoque

Sofam Caiuli præfectum, sese ad Mascareniam ag-
 gregasse; tandem extimuit; secumque agi de iudi-
 cio est passus. prima conditio disceptationis fuit,
 ut ad causam vsque cognitam, vterque pro priua-
 to se gereret. dein, commeantibus vtrò citroque
 internuntijs (namque ipsi congressum inter se, ne
 mutuo conspectu recrudescerent iræ, consultò vi-
 tabant) arbitri electi tredecim. qua item in re Mas-
 carenias haud parùm de suo iure decessit. siquidem
 cunctos è Cocinensi colonia creari est passus, quã
 sibi vel in primis aduersariam senserat. eo confes-
 su, neminem sefellit quorsum euasura esset res. ar-
 bitri, tum conscij sibi quid de Mascarenia meriti
 essent, tum etiam Mexiæ priuatis de causis obno-
 xij, intra paucos dies adiudicata Vasaõ Prætura,
 Mascareniam primo quoque tempore in Lusitani-
 am redire iusserunt. Insigni infamia id iudicium
 fuit; neq; ex altera factione moderatius pene quif-
 quam eam rem tulisse fertur, quam ipse cui facta
 erat iniuria. Sed non diuturna Vasaõ lætitia man-
 sit. Namque Ioannes Rex, corã audito Mascarenia,
 Cocinensium acta rescidit; liteque insuper estimata,
 Vasaõum Mascarenia aureorum millibus ferè vi-
 ginti damnauit, quantũ ex honorario Præturae per
 biennium ceperat. Simul, ne quid in posterum si-
 mili de re controuersia oriretur; ab Rege decretũ;
 vt in codicillis, vbi res postularet, aperiendis; cu-
 ius nomen exisset, hunc, si per id tempus vltra Co-
 ri promontorium, vel cis Dium (qui vterioris In-
 diae fermè sunt limites) vel publicæ, vel priuatæ rei
 causa abesse contingeret; eius, in eiusmodi succes-
 sione, ratio nulla haberetur. Hunc exitum habuit
 illis, quæ Lusitanam rem in extremum pæne discrimen
 adduxerat. Interea Vasaõus, vir, si commune
 malum

malum', imperij cupiditatem demas, haud
 quam improbandus, amoto æmulo, ad componen-
 das res, armandamque aduersus imminenti-
 la prouinciam, intendit curas. ac primum, cum
 bus qui Mascareniam secuti erant, veniam & re-
 uionem præteritorum indulfit. Dein Antea
 Mirandam cum sex rostratis maioribus, vna
 ga nauis, & biremibus aliquot, & armatorum
 le præsidio, ad Erythræa ostia; Simonem Ma-
 cum modica manu ad Maldiuas insulas; &
 nem Dezam cum vna triremi, lembis sex
 ad Malabaricam oram obtinendam; & alios
 ut exigebat res, in alia loca dimisit. Dum ap-
 dos, quas dixi turbæ sedatur; ad Molucas
 haud minus atrox ac detestanda incidit res.
 emporij præfectura Garzias Henricus
 Britto successerat. Is, & belli radio fessus, &
 tate suorum adductus; Tidorensi regulo
 pacem dederat in has leges; vt intra sex
 tormenta, & alias res omnes per bellum
 ablatas, nec non fugitiua mancipia redder-
 tus optata pace Tidorensis, id laborabat
 modo perpetuam eandem ac stabilem face-
 hac deliberatione versanti, optimum
 Cacilem Aroeziū Ternatensem, cuius
 minimus, quàm arctissimo necessitudinis
 sibi coniungere; quod is cum apud popula-
 bus, tum apud Lusitanos gratia & auctorita-
 rimum valeret. Ergo per fideles internum
 egregiæ cuiusdam voluntatis testificatio-
 zio filiam in matrimonium offert. Id Gar-
 terpretatus ad labefactandam ipsius posses-
 haud dubiè pertinere; omni conatu dirimere
 que impedire nouam affinitatem instituit.

rem aptius occurrit nihil, quàm arrepta qualibet occasione recentia foedera soluere; & eodem Aroezio adiutore, quem natura leuissimum, & quietis inimicum nosset: Tidorensibus arma quamprimùm inferre. Cùm hæc sententia placuisset; ex templo per legatos ab Almanfore ex conditionibus efflagitare institit cùm cæteras res, tum verò tormenta; quippe quorum partem ex insula abesse, atque haud ita faciliè restitui posse intelligeret. Ad hæc regulus benignè respondit; necdùm exiisse diem in foedere præstitutum; & sibi nihil maiori esse curæ, quàm vt omnia sua Lustitani recipiant. Et cæteris quidè in rebus, non magnam fore cūctationem. tormenta se aliquot Bactiano regulo commodasse; ad ea exigenda reuehendaq; spatio esse opus, veruntamen daturum se operam, vt ad conditum tempus Ternate cuncta sistantur, interim se, præter cætera incommoda, morbo etiam implicitum teneri, petere ab Garzia, & rogare pro recõciliata gratia, moram eam boni consulat, ac simul, vt medicum aliquem ad se mittere ne grauetur. At ille, minimè patrijs artibus, cùm se exculationem accipere simulasset; medicamentariũ, nescio quem, è suo comitatu submisit, is, è conditio videlicet, nihil minus merenti agroto venenũ pro pharmaco misit: ex quo paucis diebus, per speciem egrotationis fraude vtunque celata, decessit. Defuncto regulo, magnus in vrbe luctus fuit, magna perturbatio rerum omnium. Eò acrius Garzias mœrentibus ac percussis instare; & nisi tormenta ex templo restituant, denuntiare bellum. Ad ea Tidorenses coacto egrè concilio respondent: orbam ciuitatem in summa tristitia & mœrore versari. Almanforis insepultum adhuc iacere corpus; id vbi terre

mandarint, ac iusta suo Regi persoluerint, quibus
bituros antiquius, quam vt Lusitanis omnia
ne satisfiat. Hęc demissè ac suppliciter agebat
ues: & status erat rerum, qui vel ferrea petra
nire ad clementiã posset. At verò Garzias, vni
tùm interposito die, nauibus ad Tidorè accedens
ratas ad eadẽ & rapinã copias cõfestim esse
oppressi oppidani extemplò diffugiunt. Ille
tam inuadit urbem; contra omne fas diripuit
tam incendit. Nihil eo factò grauius ad vicinorum
aures accidere potuit. Ex eo tempore cum
ris littoribus, cum à Baciano præsertim, quibus
ni minis armisque procul haberi capti. Sed
tempus, ab Hispali naues quinque ad Molucensium
tenderant iter, ducibus ijs, qui Magalianis
tatu supererant. Eæ, nondum probe explorata
su, varijs casibus dissipatæ sunt. optatos portus
na tantummodo oneraria tenuit. Martinus
Carquicianus præerat, homo Cantaber, cum
pugnatoribus fermè trecentis. Is cognita
suum clade, destitutam insulam summa
voluntate occupauit, ac munijt. Inde in
um & Garziam, cum cõtestationibus minime
tij comneare. Molucense emporium ambros
re finium asserabant, & alterum vterque
ex ijs locis, ac nihil eius negotiationis in
tingere. Ex hoc, iurgijs primùm, tum eriam
leui certatũ est. Postmodò induciã facta, quod
de controuersia suum vterq; cõsuleret. Regis
dum externi quieuerant motus, cum in
Lusitanos tetra visu, fœda relatu exorta
Georgius Menesius, successor Garzias, Telesphorus
aduectus; inter cætera illud habebat ab Imperatore
tore mandatũ, vt Garziam in reditu persolueret.

om insulam cursum tenere, iterque illud explo-
rire iuberet; quod multo compendiosius Mo-
lucas à Malaca petentibus esse diceretur. At Gar-
zius, qui ad Bandam insulam (qua vetus erat nau-
gatio) vna cum alijs instituta mercimonia dudum
haberet; percussus nec opinato Georgij præcep-
to; varias excusationes asserre, tergiuersari, de-
nique omnia malle, quam negotia priuata relin-
quere. Et Georgius, ne contra virum pertina-
cem cum suæ dignitatis iactura diutius tenderet;
Garziæ loco Vascum Laurentium, virum egre-
giè fortem ac fidelem, cum vna caracora, quòd na-
uigij Molucensis est genus, ad ea compendia per-
quirenda proficisci iussit. Hoc inter Garziam &
Menesium simultatis initium exstitit. Per eosdem
dies, Ioannis Regis nomine edictum est, quoniam
in stipendia militum, & arcis munitionem mag-
ni sumptus fierent; ne cui omnino, præter apo-
thecæ regiæ curatores, aut coemendi ab incolis
caryophylli, aut externis venundandi esset ius. In-
ter ipsos autem curatores, & magistratus vrbis,
cōuenerat pretiū, quo ne pluris vel optimè fruges
Regi constarent. Id monopolium ægrè admodum
palsi Lusitani, quippe qui mercaturæ impensius
multo, quam militiæ insisterent. Ergo per sum-
mam impudentiam contemptis edictis, vnusquis-
que venditores ad se priuatim allicere; vberio-
rem offerre mercedē; nullam regij quæstus, aut pu-
blicæ vtilitatis rationem ducere. Aduersus ea Me-
nesius, mōnitis, precibus, minis, aliquandiu niti:
sed posteaquam se frustra conari, & cupiditatē im-
perio potentiorē animaduertit; suo periculo sa-
piens esse diutius noluit: remissa paulatim seueri-
tate, cæterorum exemplo suam ipsè quoque rem

agere aggressus est. Inter hæc, Martinus Ignatius (sedat
 stellanorum dux è vita migravit, in eius locum stant
 fragio militari suffectus Fernandus Turrianus rum.
 dignari cepit, suæ cohorti leges dictas à Luina Licer
 virosque fortissimos, emenio per tot periculis dent
 to pelagi spatio, in aliena terra ledere otiosum nul
 eadem alij fremerent, & apertè vociferarent, vniu
 atque armis hostem inde pellendum; Tum ce rat
 de communi sententia rupit inducias; exiit Garz
 que & ornata biremi, hostiliter insectari la raret
 nos instituit. Contra hoc malum Menesius vix ex ar
 magnitudine actuarium sine mora parare. Minu
 aliunde, tum ex inchoato Garziæ (necdum in pr
 ex ea regione discesserat) iunco, fabros pro vultu
 perio accersit. Id Garzias non necessitate vadit
 odio ac malevolentia factum ratus; ex eam Hic a
 amicos refert, in ijs erat mysta quidam, com me fe
 iusdem negotiationis (ad eò sacratas quoque vt ea
 amor pecuniæ de recto sensu detorquet) solu
 do ne sordidum lucellum amitteret, nisi feisc
 pensi quid faceret diceret ve. Huius maxime bat o
 ctu Garzias, indignum facinus clamicans, minu
 onem suam sine causâ impediri; naualia, præfe
 præfectus agebat, petit infensus: abducta quo
 reposcit; iniuriâ acerbè ac vehementer exp dia r
 Menesius contra; & iure factum tueri, & ap dedu
 porum difficultates obtédere. Eam exculata ipse,
 cum alter haudquaquam acciperet; magis nihi
 que accensi ambo: & inter altercationem tes
 ctus intemperantia linguæ Menesius Garzias unt a
 num appellat. Ad eam verò vocem Garzias uoce
 exarsit; vt stricto gladij capulo audaciter cto f
 priuatum hominem decet, præfecto cum per
 ctis intédere minas, Cócursu dein homin rret

sed data rixa, tum verò Garziæ sectatores laudare cõ
 stantiam viri, suadere vt in incepto persistat: suo-
 rum laterum, si periculũ imminet, oppositus pol-
 liceri. Contra Menesiani, Garziæ facinus & impu-
 dentiam exaggerare verbis; pessimi exempli rem
 nulla mora interposita vindicandam; & seditiosi
 vnus capite fanciendum imperium dicere. His-
 ce rationibus adductus Menesius, misso viatore
 Garziam citat. quo ille spreto cùm insuper vim pa-
 raret; iusto dolore commotus Menesius, tormenta
 ex arce ad ædes Garziæ diruendas obuerti iubet.
 Minuit nonnihil ea res ferociam viri, & abiectis
 in præsentia pugnæ consilijs (sic tamen vt in voce
 vultuque contumaciam cerneret) cõtemptim obit
 vadimonium, atque inde semet in custodiam dat.
 Hic amici & fautores Garziæ, licet factum ægerri-
 mē ferrent; tamen qui euēre aliquandiu, rati fore,
 vt ea satisfactione lenitus Menesius iras poneret;
 solutoque Garziæ tandem aliquando cum suis pro-
 ficiscendi faceret potestatem. Sed longè eos falle-
 bat opinio. Vim sibi propemodum illatam, & im-
 minutam in sua persona maiestatem regiã fremēs
 præfectus, apertè iactabat, sibi certum esse, primo
 quoque tempore vincitum Garziã ad Prætorem In-
 diæ mittere. Ab ea sententia cùm à familiaribus
 deduci non posset; deprecator adhibitus Aroezius
 ipse, ex quo vel maximè tum Lusitani pendebant,
 nihil omninò impetrauit. Tum Garziani, præcipi-
 tes iracundia, conspiratione facta, consilium capi-
 unt amentis plenum; vt hostes vltro ad urbem ad-
 uocent, ijsque vtantur adiutoribus ad opem vin-
 cito ferendam. Eo terrore percussus Menesius, ne
 per domesticas dissensiones portam externo ape-
 rueret hosti; occupat eam ipsam rem sui beneficij
 face-

facere. Garziã per communes amicos leni
 tione monitum ne pertinaciã adderet culpa
 tatur vt condonatis Regi optimo inimicitia
 na fide secum in gratiam redeat: quo in sum
 rum difficultate, communi animo viribus
 pub. à Castellano defendant. Haud incautum
 tatio adhibita. Victus nec opinata clemen
 comitate Garzias agit gratias præfecto:
 vel aliorum impulsu, vel animi pertur
 deliquerit, ignofci postulat sibi: & in po
 non Regis modò, sed etiam ipsius Mene
 fa in eius potestate se se futurum esse con
 Iuncta dein dextra, & demptis competi
 templò Garzias in pristinum splendorem
 stitutus. Lata ea res coniuratis accidit:
 id ipsum à proditiõnis incepto nefario
 runt. Pungere mox capit eosdem arctior
 Garziã cum præfecto concordia: nam vt
 ziam tegendum adiuuandumque, vbi d
 ingrueret, parati erant omnes; ita fan
 eius cum Menesio consuetudinem oderat
 sensum in bello cæterisq; rebus admini
 quippe quibus, militia deferendã, atque
 cuiq; nundinas abeũdi spes erat vna, tur
 & obstinata ducis vtriusque dissensio. Erg
 nicatis iterum consilijs, reconciliatam
 citiam denuò labefactare & conuellere om
 ne conantur. Varias primùm causas offen
 dere aggressi; & ad alterum alterius con
 querimonias vel maledicta deferre. Vbi
 hisce parũ proficiunt, ad nouum scelus
 nimum. Aethiops erat quidã, præualens
 Menesij domo. hunc ingentibus prom
 cunt, vti se ab hero ad Garziã eadem loc

esse mentiatur: ipsi dein rem per arcanos susurros, quasi mysterium tradentes alij alijs, ad Garziam denique detulere. Qua ille criminatione tamen comotus est; tamen adduci nequibat, ut inter mutua quotidiani conuictus officia, tam recenti praesertim ac tam illustri gratiae reconciliacione, tantum nefas à Menesio conceptum existimaret. Ast, ubi testis idem & index mandati maleficii accessit Aethiops; enim uero, quasi certa iare, Garzias & vultu & animo penitus crimen accepit, ac ratus in eam rem verti, vter facinus antecaperet; primo coacta manu interficere Menesium cogitabat: dein veritus ne cedis eius inuidiam sustinere non posset; comprehendere hominem, & vicissim in carcerem condere statuit; hortantibus id ipsum amicis; & assueuantibus haudquaquam defutura postmodum crimina ac testes, quibus premi reus, ac detineri, atque ad extremum obrui posset: interea Garzias, pro ipsius auctoritate, compositis ad arbitrium rebus, quae primum nauigandi facultas daretur, ex residua copia non defuturum quem ad nouum vsque Regis decretum arci praeponebat. Hisce ita constitutis, in omnem occasionem rei bene gerendae cuncti excubabant. Ac demum Garzias nactus oportunitatem, quod Menesius partem suorum ad Maquienum insulam cum Aroezio miserat, ut Castellanos ab eo commercio prohiberent; alios insuper ipse ad conuiuium in diem certum inuitandos curauit à Francisco Castrio quodam ex suis intimis, ad Tolocum, qui vicus à Ternate distat ferme quatuor millia passuum. Vbi ea dies aduenit; circa pomeridianas horas, quae remissionis & otij ferme tempus est satis; comperta custodum infrequentia, certos è suorum numero in arcem praemittit; qui

pra-

praefectum Iusu facetijsque detineant, deinde bera
 dacissimis aliquot ipse paruo interuallo libe dem
 tur. Nulla in introitu difficultas fuit, quippe diam
 to quotidie admitti; & tū desertis plane hanc coact
 & ex patēte ianua clauibus incredibili locot com
 securitate suspensis, Eas coniurati detractantur
 tunt seræ, foresque silenter ocludunt. In des exerc
 netralia familiariter intromissi, accepta & Absen
 ta salutatione confidunt. Neque ita malum num
 Garzias Menesium alex intentum repente que c
 um corripit: reliqui, pars duobus, qui for Mala
 aderant, praefecti administris, ne vocis ab eo
 tumultum excirent, ora manibus obstruunt ac pe
 hærentem in tergo Menesij Garziam adiungunt
 Menesius insigni corporis firmitate, acru inter
 addebat dolor, itaq; per summam indignam
 exclamanti; lacertis que, & morfu, & calcib long
 multumque eluctanti, ægerrimè tandem rem
 iniecta; & quò tutius adseruaretur, detracta
 mam arcis turrem includitur. Garzias det
 fecturam vsurpat. Ceterum neque eum
 probabilem in vulgus causam afferre poterat
 putans apud se atrocitatem facinoris, in
 mirum, & offensionem Regis extimescebat
 bat sollicitudinem, quod Menesiani ad Man
 cognita praefecti iniuria, fremere, atq; ad
 dicandam propediem affuturi nuntiabant
 anxius curis Garzias, haud inepto consilio
 dandum ratus quod mox amissurus erat, se
 alloquitur; iacentique & afflicto quas vult
 tiones imponit; in ijs, vt sibi ad profectio
 do iuncus nondum esset absolutus) Petri
 nauem attribuat; liceatque sibi quos velit
 cis abducere. Ita Menesius è carcere missus

libertate gubernaculum recipit. Concio dein ab eo
dem vocatur. In ea concione questus Garziæ perfi
diam & latrocinium; conditiones omnes quippe
coactis expressas, rescidit: Garziam etiam ipsum
comprehendere, & eius bona publicare cupijt. Ve
rum ille tormentis in arce confixis, ne in abeūtem
exerceri possent, arreptaq; nauis, iam vela fecerat.
Absentem ergo Menesius (quod reliquum erat vi
tæ) perduellionis crimine cōdemnauit; totam
que causam testato descriptam, ad Prætozem vrbis
Malacæ transmisit; ac simul, fessis rebus auxilium
ab eodem expetiijt. Dum ad Molucas in tam varijs
ac peruersis hominum voluntatibus, alterno tan
quam accessu recessuque æstuant negotia Lusitana;
interim ab alijs in alia regione præfectis multo
commodius acta res est. Ad Longum oppidum nō
longè à Malaca, Mahometani incolæ paucos primò
Lusitanos, dein missum à Malacæ præfecto ad eam
rem cognoscendam Aluarum Brittrum, triremi,
quam ducebat, exutum, vnà cum socijs occiderāt.
Ad eas vlciscendas iniurias deniq; profectus Mar
tinus Correa, triremem recepit; ac magna cum ho
stium exade captum oppidum concremavit. Et Io
annes Deza, præpositus oræ Malabaricæ, secunda
aliquot prælia fecit. Zambucis aut paronibus qua
draginta octo cum magna Mahometanorum exade
potius est. Idem, aliquot locis descensione facta,
predas abegit: vicos, & villas exussit, atque exeun
te demum æstate Chinacutiales Calecutanæ clas
sis præfectus, quæ sexaginta paronibus, & magna
a maiorum copia constabat, ab eodem Deza me
morabili pugna victus, cum sese in mare eiecisset;
inter enatadum e fuga retractus, haud parua dein
mercede in libertatem est restitutus, Eadem æstate
præ-

præter spem fuit otium ab Turca. Et Antiochus
 Miranda custos Arabici maris, classe in
 idoneas trifariam distributa; alias atque alia
 hometanorum naues cum oneribus pretio
 cepit; Armuziamque profectus, prædam in
 porio vendidit. ex eadem classe Miranda, se
 vna Ciulum petens, in manus latronum
 fium incidit. Lusitani septendecim ea sca
 hebantur. Comprehenfi omnes, gratum
 mis donum Cambaiano Regi sistuntur. Ille
 cum Mesquitam ex eo numero, apprimè
 sum ac strenuum, à Christo ad Mahometam
 cere blanda oratione conatus est. Id verò
 cum fortiter ac præcisè negaret; quin etiam
 in pseudopphetam probra & maledictio
 reret; horribile dictu, in os hiantis bomb
 tus inferitur, cum grauibus minis, ni
 pareat, ignis ab tergo applicandi. Cum
 quidem terrore de fide constantiaque de
 varijs tormentis excruciatu, in asperum
 ergastulum vnà cum cætero comitata
 est. Circa idem tempus ab Cocino profecti
 nauium ad quattuordecim, repentina pro
 ca ostium Catuæ fluminis oræ Malabarica
 ram alliditur. Laceris nauibus Lusitanis
 grè in littus euasissent; à barbaris aut cap
 stilitèr trucidati sunt. Eo successu in Indias
 nus, ad pellendum maris possessione Lus
 nouam classem ornauit nauium varij gener
 tum & triginta. hisce præpositus Cutia
 militiæ peritus, & magna insuper sancti
 matione, quod paulo ante à Meca redierat
 tra portum Termapatatum copias contra
 in prætereuntem cum exigua manu Simo

lum, è ducibus Lusitanis vnum, ex occulto impetū
faceret. Ea re cognita Vaseus Prætor, quàm inten-
tissima cura intra sextum diem rostratas maiores
sex; lembos tredecim instruxit. Et Antonio Miran-
da, qui ex Arabia venerat, ad custodiã insulæ Goz-
reliçto; ad Termapatatum ducit infestus. Tum Cu-
tiales, pro certo putans adesse Mellum, è portu
raptim egreditur. Concursū acriter initio est: pro-
cedente dein pugna, Calecutanis (vt sæpe aliàs) mi-
ra diuinitus incussa formido. tanto superiores nu-
mero nauium militumque, nulla parte certaminis
pares Lusitano fuere. Interfecti aut capti duo cir-
citer millia; parones trigintaquinque abducti, aut
depressi: tormenta relata quinquaginta circiter. è
Lusitanis, diuina scilicet protegète clementia, pla-
nè desideratus est nemo. Inde magno suæ genti de-
core parto (in cõspectu enim Cananoris vrbs hæc
gerebatur, omni ad spectaculum effusa multitudi-
ne) Prætor ad populandum Malabaricum littus vi-
trici classe contendit, multis ibi nauigijs repenti-
no aduētū subditę faces; palmeta succisa; mortales
varijs locis aut cæsi, aut auecti. Sed in Catuam præ-
cipuè vicum, impositum eiusdem nominis flumi-
ni, ab ira malè acceptæ nuper naufragæ turbæ, fa-
uitum est. ferro flammisq; cuncta deleta. Ab ea stra-
ge, classis ad Porcam eiusdem oræ processit. Locus
erat opportunus, & æstuarijs à mari præclare mu-
nitus. Et dynasta, qui patrio nomine Arel vocatur;
prædatorijs nauibus haud exiguas opes eò congef-
serat. Huius auaritia simul & inconstantia, quod
ab Lusitanis paulo ante ad Zamorinum defecisset,
Prætor incensus; exposito militi prædã edixit. Ea ve-
rò mercede, pposita, nullę paludes, nullę voragines
militari cupiditati obstiterunt. per vias & inuia cū-
cti eni-

cti enituntur. Et quod per eos fortè dies Areli
iuentute in expeditionem abierat, sine villo
mine, quod vix optare essent ausi, potiuntur
do, atque ad prædam securi discurrunt. In
Arelis præcipuè impetus est factus, magna
nati vis auri, & argenti, gemmarumque, & præ
sæ ac peregrinæ vestis exhausta, ac præ nobili
minæ duæ, Arelis vxor, & soror, monilibus
garitis regium in morem exulta, detractis
mentis, in seruitutem abreptæ; quibus Areli
modum ingenti summa redemptis, ad Luta
rum societatem & amicitiam precario red
ea populatione nauibus Goam reductis, a
co Pereria Ciauli præfecto nuntij trepidi
teris affuere; Diensem classem bene magna
tractu vagari; Ciaulanam arcem perexigu
præsidio: ni properè subuentum sit, ingens
ste periculum imminere. Aduersus eum
extemplo Prator naues variæ magnitudinis
quaginta duas, & in ijs duo millia bellatoru
xit. Vbi Ciaulum est ventum; per explorato
gnoscit, hostem ad quatuor inde leucas ab
remes erant quatuor & sexaginta, militu
ge, tormentis instructæ. Mahometanus H
erat. Contra eas copias Prator, intentio
mæ dimicationi, ab Ciaulo sub vesper
dijt. Hectorem Sylueriam actuarijs præp
oram quam proximè legere iubet: ipse cum
ribus nauibus altum tenuit, classe diuisa,
nus hosti pateret effugium. Atq; illo die, ac
iam imminenti, nihil est actum, pugna
in diem inequentem edicta. & quoniam præ
in dextris erat spes, mandatum nauarchis, ut
menta in hostem emitterent, priusquam e

quo manus conferere se posse diffident. Præmiū
 pronuntiatum, qui primus nauem hostilem inua-
 deret, aurei centum. Simul, quod magis propitium
 haberent Deum, peccata Lusitani per confessionē
 expiarunt. Vbi postera illuxit dies, ad Bombai-
 num sinum, applicita promontorio Mahometana
 classis apparuit, cognito iam Prætoris aduentu, ad
 certamen parata. Triplex erat agmen. primum &
 medium minores præfecti, postremum Hali duce-
 bat. Inde mutuo conspectu irritatis animis, uti ad
 bombardæ ictum est ventum: tormentis, quibus
 iam tum abundabant Mahometani extemplo rem-
 gerere. Lusitanus, quemadmodum imperatum e-
 rat, superfedere iaculis; perque volitantes globos
 ac fumi nebulas omni conatu ad hostem appro-
 pinquare. Inter hæc, ne barbaro, si de more fugam
 arriperet, ab tergo receptus daretur; circumuecti
 silentio nauarchi octo Maini fluminis ostium oc-
 cupant. & ex altera parte commisso prælio, pri-
 mus Antonij Fernandi lembus in hostilem bire-
 mem incitato remigio illatus, durioris materiæ
 repercussu longè resiliit. ex eo lembo vnus Franci-
 scus Barrius Paina in ipsam biremē trāsilierat pri-
 mo statim incurfu: destitutus, cum telis vndique
 pereretur; tumultuosæ pugne procellam, ad suo-
 rum vsque reditum, summa cum omnium admi-
 ratione sustinuit. Certatim dein transcensum ab
 alijs est. ac Barrio seruato, dum instant percussis,
 inter ipsam fortè dimicationem sulphurei pulue-
 ris olla ex ipso carchesio decidit; conceptisque re-
 pente flammis, tabulatum omne à malo ad pup-
 pum cum superstansibus in mare proiecit. inde
 sine labore, semiusta biremi Lusitanus potitur. Ne-
 que minus acriter interim à Sylueria exterisque

D d

con-

conferta manu res geritur. Multi è barbaris, et
 tra naues, aut in ipsis fluctibus cæsi. Cæteri, ve
 clinatam rem videre, passim in fugam effunduntur.
 tur. neque multum in ea præsidij fuit. Mæ
 pars, inrento ad Mainum amnem cursu, in
 nem hostium incidunt. ita, ex vniuerso
 biremes in medio deprehensæ quadraginta
 cum omnibus tormentis in potestatem ven
 mis absumptæ tres; quatuor à Maino exclusæ.
 Nagotamen oræ Ciaulanæ subijssent; ab
 Indis oppressæ. Hali dux ipso pugne initio
 steaquam collato pede certandum animadu
 diffilus suorum virtuti, præceperat fugam
 modò flectere promontorium inlitit; dein le
 to æstuque reciprocante detentus, leuiore
 to nauigio Tanaham, atque inde Bazainum
 dū petijt, fugientem biremes aliæ sex inter
 tum adeptæ. E Lusitana classe, iterato
 non modò nauis, sed ne vir quidem vllus
 Quod si cui fortè incredibile videatur, in
 dum Lupium historicum interroget (nam
 ctiores nondum exstant) quippe is non solum
 lis eorum temporum fuit; sed etiam ad
 sa commentanda Indiam sese conuulso
 se restatur. Equidem, & ex alijs id genus
 quæ multa iam ante retulimus, facile addi
 rem ita se habere concedam; & quæ in
 haud dubiè potentiam referuntur; non est
 manis laudibus afsecta videri cupiam de
 terum Dieñsibus audita clades, multum
 ctum ingentem fecit: constantique opum
 protinus ab Hali fuis, Prator Diu
 fet; primò aduentu capi oppidum potuit
 in eam rem Vaxo consilium aut animus

sed partim successoris aduentantis famâ retardatus; partim intercessione minorum ducum atque obreftatione deterritus; omiffa re, naues cum ingenti præda Goam reduxit incolumes. & quando foris aliorum culpa non poterat; domi certè, Lusitanam rem omni conatu promouere perrexit. Atque è portorio & scriptura multis iam ante fraudibus ac rapinis, magno commeantium bono sublatis, deinceps in administrationem rei naualis toto pectore incubuit; vt paratas haberet successor maritimas copias, si, vt pro certo putabatur, ad expeditionem Diensem animum adiecisset. Ergo, adhibita diligentia, paucis mēfibus classem ornauit, quantam rarò aliàs habuit Lusitanus, nauium centum & triginta sex. in quibus erant rostrata celsiores quatuordecim; triremes quas vocant regias, sex; celoces octo; dromones sex; biremes aut lembi, duo supra centum. Inde ad ædificia & sarta tecta conuersus, in Armuziana arce nouum è regione portæ propugnaculum exstruxit; muros ac templum instaurauit. Ciuali, intimam turrem, vbi præcipua quæque adferuantur, maiorem in altitudinem extulit. portum, qua descensus in oppidum est, quadrato lapide munijt, & duo armamentaria facienda curauit. Goë partem mœnium ad mare versam expleuit; & ædem vrbs maximam dudum inchoatam absoluit; & Franciscanum cœnobiū nouo tegulo operuit. Cananore, putei, de quo inter obsidionem acriter dimicatū fuisset docuimus; perducta fossa, castelloq; ad labrum fossæ excitato, intra munimenta cõplexus est, nec non arcis mœnia labefacta refici; & præfecti domum & apothecam amplificari iussit. Itemque Cocini quæ pars ad mare vergit, armauit mœnibus

busturribusque, & alia non pauca peropportuna
 ad eas munitiones adiunxit. ac demum, debitum
 liti trecentorum millium aureorum stipendium
 cum fide & cum gratia persolutis; provinciam
 optime constitutam explicatamque; successoribus
 Nonnio Acunia tradidit. Is, anno priore, magnam
 uibus undecim, & Lusitanis epibatis terra
 Olisipone profectus, magna parte nauium
 tunijs amissa, circa Melindem aduersis tempo-
 ribus hyemare coactus erat. asperum littus
 portuosum habet Melinde. tutior longe ad
 bazam statio. Ea statione prohibitus ab
 (ad quem ob id ipsum oratores praemiserat
 posito milite se se ad oppugnationem parat)
 Neque ausi certaminis aleam subire Mahometani;
 ni; raptim defosso quod pretiosum erat, vni
 tyranno profugiunt. Lusitani sine sanguine
 dum ingressi, quod reliquum erat e suppellectile
 cibariisque, diripiunt: atque exacta demum
 me, ac refecto milite nauibusque, Nonnius
 ziam venit. Ibi, ex Ioannis auctoritate Rati-
 ctor olim Zeifadini pueri; vir facinorosus ac
 dolus, in vincla conijcitur. Ea re commotus
 dadinus Rasi cognatus, is qui Baharenum imperatoris
 beneficiario nomine obrinebat, ab Armuziano
 ge delciuit, probabilem causam nactus, quod
 fus intra aedes regias fuerat comprehensus
 res tamen planè inscio acciderat Rege; tam
 ipse iniussu Lusitanos ausos persuadere
 poterat. Ergo iracundia in Torum accensus,
 arcem egregie munitam sese cum coniugibus
 ris, pecuniisque receperat: ac stipendium
 no palam abnuebat. Ad eum opprimendum
 ex foedere Simon Acunia cum nauibus sex, &

litibus haud plus trecentis; aduerso vento diu de-
tentus, ad portum denique Bahareni defertur. Sub
eius aduentum Bardadinus non tam praesentis
classiculae metu, quam ne in posterum aduersus se
Lusitanica arma conciret; candidum vexillum pe-
tendae pacis in muro statuit; ac simul per interpre-
tem Acunia nuntiari iubet, se ab Armuziano iustis
ac pijs de causis dissidere: cum Lusitanis verò nul-
las exercere inimicitias; quinimmo, quoniam ab
Toro stent, paratum se in Ioannis Regis gratiam
cum suis rebus abire, arcemque ijs vacuam trade-
re. Haud aspernabatur conditionem Acunia: sed
militum clamoribus, qui praedae spe illecti, coercen-
dum utique rebellem, & saltem pecunia mulcetan-
dum fremebant, ab salutari sententia abductus; v-
nam pacis rationem esse respondit; ut Bardadinus
& ceteri cum singulis dumtaxat vestimentis exce-
derent. Tum ille candido vexillo apposuit rubrum:
uti se aequè ad bellum atque ad pacem (quando
ita vellent) animatum Lusitani sentirent. Erat
Acunia, praeter paucitatem copiarum, à bellico
etiam instrumento flagitiosè imparatus. Ergo
suorum conuiijs coactus exscendere, cum admo-
ta bombardamuros quatere instituisset, vix to-
to vertente mense tormentarius eum puluis de-
fecit. & Arabes, cum pro muris dimicando, &
obstruendo obmoliendoque ubi quid perfora-
tum aut dirutum erat, acriter obstitissent; tum
verbis insuper Lusitanorum temeritatem, & co-
natus irritos eludebant. Bardadinus quidem, a-
deo se metu omni vacuè praebuit; ut Lusitanis per-
quam amico suaderet animo, integris rebus abi-
rent: quippe & oppugnatione infeliciter expertis;
& si obsidione inclusos vrgere persisterent, ab

Dd 3 ipsa

ipsa regionis & cæli intemperie; grauiores
 quam ipse vel pertinacia pœnas daturi. Neque
 na fuere prædicta. & loco graui. & caloribus
 ximis, cum arena vehementissimo Solis ardore
 fluaret; ad hæc, odore terro, ingruere morbum
 lites cæperunt. breui, que adeo grassata pesti-
 vis; vt ex omni numero vix triginta ad arma
 nenda sufficerent. Neque hæc Bardadinum
 bant: qui, si vti occasione voluisset; stratos
 opprimere ac delere facili negotio potuit.
 partim Ioannis demerendi gratia, ab eruptio-
 tinuit suos; partim etiã ne Lusitanorũ clades
 pinqui sui Rasi capite lueretur. At Simon
 nia, in summa rerum desperatione, cum ali-
 diu hæssisset; ad extremum, omisso incepto
 cisci constituit. Non longè à mari posuerat
 ac nihilominus tanta erat lues, vt cum ban-
 menta deessent; ægrotos, iniecta pedibus res-
 luti cadauera ad naues pertrahere vale-
 pauci cogerentur. ac Simon ipse, impositi
 modum agrè tormentis, cum vela fecisset
 re malè gestæ rei paucis diebus extrahit. Cui
 tempus, Hector Sylueria, dum Cambaianorũ
 circa Nagotanem flumẽ effusè vastat, ac vi-
 cendit; ab Regis præfecto, qui cum sexcentis
 tibus, & duobus millibus peditum propin-
 pida tuebatur; retrò ad naues compulsus
 rerum nihil turpitudinis in receptu fuit. Te-
 pugnae seruantes Lusitani, cum agmẽ Sylueria
 deret, ad littus peruenere. Vnius etiam (cuius
 meritò intercidit nomen) in eo tumultu
 faciũs exstitit. Is, parma hastaque extra
 pugnans, infestum conspicatus equitem in
 tem; mansit intrepidus: tollentiq; ad vulnẽ

chium, vltro ipse ferrum in axillam adegit: ac fuso
ex ephippijs hoste, victor equo potit⁹ est. Nec mo-
ra, nouus repente eques è pedite, cū alio itē, haud
absimili euentu, concurrir, per medium pectus, ne-
quicquā obstante lorica transfixū, humi præcipi-
tat, apprehesum habēns equum, ad Sylueriam præ-
ter omnium ora sine vlla trepidatione perducit.
Neque, ad incitamentum aliorum, tam strenuo bel-
latori præmium defuit, equestribus insignibus ab-
duce, virtutis ergo, donatus, atque à Prætoribus
Indiæ præcipuo deinde in honore semper est ha-
bitus. Ab ea populatione Sylueria legens oram, ad
Bazainum oppidum aduerso flumine subijt, is lo-
custria circiter millia passuum distat ab aperto
mari; ac tum sine arce aut moenibus erat vllis, tan-
tū ad flumen, qua è nauibus in terram exscensus
est, lignea munimenta & aggerem cum propugna-
culis tribus, tormentis sexaginta, barbari obiece-
rant. Præsidebat è prælio nauali nuper elapsus
Hali cum tribus peditum millibus, & equitibus
gravis armaturæ quingentis, atque ad eas tuendas
munitiones parte copiarum relicta, cum reliquis
ipse intra oppidum occultè confederat, vt si vallo
superato Lusitani ad frequentia tectis loca pro-
ueherentur; in arcto deprehensos, vel etiam ad
prædam palatos opprimeret. Sylueria, admotis
ad litus nauibus, cū ex omnibus locis pug-
nam posceret miles; Canarinos ducētos ad primū
hostium impetum frangendū præmisit, subsequenti
mox Lusitani cum ingenti ardore, obuijs in aduer-
sa tormenta pectoribus, ad ipsas munitiones cele-
riter euasēre, ibi atrox fuit prælium: dum saxi par-
tim ac sagittis, partim etiam contis & gladijs bar-
bari obstinatè resistunt. Sed ad extremum vndiq;
Dd 4 pul-

pulsi, ad tecta refugiunt; & Lusitanus vallo
 cum tergis fugientium instaret, eodem impetu
 urbem desertur. Tum Hali dux ceterique
 dijs prepropera festinatione consurgunt, ne
 ueræ in re subita defuit animus, dato repente
 no, milites ex vrbe in campum eduxit. ibi
 tis ordinibus impauidi hostem excipiunt. El
 li ratus fugere Lusitanum, cataphractos
 immisit: quæ res barbaris fuit exitio, siquidem
 sitani fistulatores plumbeo nimbo in equis
 effuso (quo tum missili barbaria carebat,
 ra tantum tormenta conflare didicerant)
 ad fistularum bombos pauore consternati,
 tibus introrsum globis in rabiem acti, domi
 nis in suos auertuntur; atque in perturbata
 tum acie tanto maiorem stragem dedere,
 magis in orbem sine intermissione fistulas
 cens ab tergo Lusitanus instabat, inde hau
 no certamine cuncti fugam arripiunt: neque
 nam instaurare deinde quisquam est ausus.
 Lusitani direpto oppido flammam iniiciunt:
 inceptis omnem circa regionem ferro atque
 peruasant, eo metu, maris æcolæ ad interiora
 pulsi: Tanahensis verò dynasta finitimus, anni
 pendio imposto in fidem acceptus. Per eos
 re dies, intra ostium Ciales annis oræ Malabar
 Calecutana ingens nauis latebat, opimis
 mercibus, cursum ad Mecam exspectans, hanc
 rones duodecim, triplici ordine, validis
 culis inter se conferti, & crebris à fronte &
 latere tormētis instructi, pro muro atq; agger
 bantur. Ea re cognita Antonius Miranda, qui
 regionem classe obtinebat, adiuncto Christo
 ro Mello, qui cū vna triremi & sex lembis

nuper accefferat, duplici agmine ab vtraque parte
fluuij ad hostem subijt. Tormentis primùm emi-
nus vtrinq̃ certatum, dein cum primo paronum
ordine congressi cominus Lusitani, tanto ardore
prælium inière, vt non ferentes impetum barbari,
sefe partim in mare præcipites darent; partim in
secundum ordinem haud magno interuallo sefe
licuit. Circumuenti extemplò omnes, vel incendi-
dio exusti, vel ferro cæsi, vel in seruitutem abdu-
cti sunt. è paronibus autem arsère quatuor: reli-
qui simul cum oneraria mercibusq̃ in potesta-
tem venère. Inde Miranda populatus agros, ne-
mine obuiam armato, onustum spolijs militem in
naues recepit. Fama dein repente accidit, Calecu-
tanos aduentare parones circiter quinquaginta.
Cum ijs haud procul à monte Formoso quem ap-
pellant, prosperè dimicatum est. Paronibus qua-
tuordecim non sine magna hostium cæde captis,
fugatis reliquis, cum ingenti æquè terrestri
ac nauali præda, Christophorus Mellus
Goam, Antonius Miranda Coci-
num in hyberna con-
cessit.

Libri noni finis.

Dd 5

HISTO.